



Disputatio juridica inauguralis de compensatione

<https://hdl.handle.net/1874/341642>

86.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS.
DE
COMPENSATIONE.
QUAM.

AUXILIANTE SOLO DEO OPT. MAX.

Ex Autoritate Magnifici D. Rectoris

D. ANTONI MATTHÆI,
Juris Antecessoris Primarii In Illustri Academia
Rhenotrajectina,

*Amplissimi Senatus Academici consensu, & Consultissima
Facultatis Juridicæ Decreto*

Pro gradu Doctoratus & privilegiis in U. J. consequendis.

Publicè defendet

ANTONIUS van VOORST Ultrajectinus.

Ad diem 27 Octobris, horâ locoque solitis.



ULTRAJECTI.

Pro EVERARDO ab EEDE, Bibliopola

ANNO MDCLIV.



Pietate Clarissimo, Doctissimoque Inveni

V I R O,

D. GUALTHERO NELLE-
STEYN, Pastori in JUTPHAES
Vigilantissimo, Amico Summo,

Disputationem hanc Inauguralem inscrib.

In amicitiae symbolum.

A N T. van V O O R S T.



ULTRAECHT
REVERENDO & REVERENDISSIMO
MAGISTRO

DISPUTATIO JURIDICA
 INAUGURALIS,
 DE
 COMPENSATIONE.
 THESIS I.



Compensatio est debiti & crediti inter se contributio *l. 1. D. h. t.* Profluens poti ssumum ex naturali æquitate, quæ in eo consistit, quod nostra intersit, potius non solvere, quam solutum repetere *l. 3. D. eod.* Admissa quoque æquitate civili ad sapiendos litium circuitus, ne fiat per plura, quod potest per pauciora *l. 2. 1. D. de reb. cred. l. 1. §. 10. D. de oper. nov. nunt.*

I I.

Compensationi tantum locus est, in debito quantitatis cum quantitate Paul. 2. *sent. 5. §. ult.* Corporis cum corpore, seu speciei cum specie, vel speciei cum quantitate compensatio nulla est *l. 2. 6. §. si centum 4. D. de cond. indeb. l. 18. si convenerit D. de pign. act. l. 5. de impens. in rem dot. fact. l. 4. C. h. t. Giph. in l. ult. C. commod. Bronch. cent. 2. assert. 43. Buhus lib. 3. subtil. cap. 4. Diss. Duar. in l. 7. §. ob donationes D. sol. matrim.*

I I I.

An generum compensatio? Aff. verbi gratia, tu debes mihi equum in genere, ego debeo tibi vicissim equum *arg. l. 1. §. pen. D. si pars hered. pet. Sichard. ad l. ult. C. h. t. n. 2. Cynus in d. l. ult. n. 16.* Genus autem utrimque sit paris æstimationis. Schneid. *de act. §. in bona fidei 30. n. 38.* Generum quoque compensationem usu receptam ait Hunnius. *in Encycl. h. t. Diss. Zoef. ad h. t. n. 14. Perez. Cod. eod. t. n. eod.* Speciei cum specie aliquando compensatio admittitur, *l. 1. §. 12. D. de collat. quod singulare ait Phil. Corneus, in l. 9. C. de collat. Sichard. ad rubr. C. de collat. n. 18. Costal. quoque in l. 42. D. de act. emti,* notat casum singularem.

Com.

Compensatio denique non fit nisi debiti hinc inde liquidi, quale est vel ex confessione adversarii, vel ex genere quaestionis, vel ex celeritate probationis. Jacob Mæstert. *de compens. quaest.* 14. Zoef. *h. t. n. II.* Secundo debitum sit purum, non suspensum conditione, aut dilatum die *l. 7. D. b. t.* Tertio, sit naturale & civile, an naturale tantum, non refert, *l. 6. eod.* Vinnius *lib. 1. Select. quaest. cap. 49.*

V.

In omnibus ergo actionibus hodiè admittitur compensatio, sive bonæ fidei, sive stricti juris sit. *l. 4. C. eod. l. 21. D. h. t. l. C. eod.* nec interest, utrum in rem, an in personam agatur. *d. l. ult. §. 30. in bona fidei Inst. de act. & ad d. §. Donel. n. 6.*

V I.

Fidejussorem ipso jure minus ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest, verum est, *l. 4. D. h. t.* Exceptiones enim & defensiones, quæ modo non sunt merè personales, sed in rem scriptæ, etiam fidejussori competunt. *l. exceptiones 7. l. omnes 19. D. de except. l. 11. C. eod. l. 32. D. de fidejuf. Dynus de Reg. Jvr. c. 46. n. 19.*

V I I.

Procurator in rem suam datus, post litis contestationem, si vice mutua conveniatur, æquitate compensationis utitur, *l. 18. h. t.* An etiam ante litem contestatam? & verius est hunc posse, compensare, cui sc. donata vel vendita actio, dicitur een *Transport l. 55. D. de procur. l. ult. C. quando fisc. vel priv. l. 1. C. de oblig. & act. l. 25. verb. planè D. de proc. l. 5. C. de oblig. & act. Cujac. lib. 24. obs. cap. 37. Sand. de act. ces. cap. 10. n. 12. & 13. Wissembach in exercit. adh. t. n. 10. Diff. Brisson. lib. 2. de solut. ad h. t. per d. l. 18. Ant. Fab. d. t. defn. 8. n. 3.*

V I I I.

Controvertitur an debitor, qui juratus promisit soluturum se, compensationem objicere possit? & posse compensare placuit, *l. 4. D. qui pot. in pign. l. si peculium 20. §. 2. D. de statu lib. Molinæus ad conf. Paris. §. 20. gl. 7. n. 10. & §. 85. n. 20. Fachin. lib. 1. cap. 7. Zoef. ad h. t. n. 34. Mæstert. quaest. 12. de compens. n. 7. Tyndarus de compens. artic. 7. n. 13.*

Com

I X.

Compensationem quoque impedire provisionem posse, si liquida sit vel in continenti probetur, receptum est: cum species quædam solutionis sit. *l. 10. §. 1. D. h. t. l. 4. D. qui pot. in pig. l. 76. D. de v. s. Sand. lib. 1. tit. 8. def. 3. Boer. ad Bituric. 2. §. 7. gl. 1. & cons. 14. n. 10. Zang. 3. de except. cap. 26. n. 82. 115. Itaque si statutum dicat, quod nulla alia admittatur exceptio nisi solutionis, poterit nihilominus admitti exceptio compensationis. Menoch. de Presumpt. lib. 2. pres. de comp. 48. n. 34. Flam. Chartar. decis. Rot. Gen. 77. Seb. Medices p. 1. quæst. 25. n. 19. Tyndarus de comp. art. v. 11. n. 21.*

X:

Compensatur adversus omnem qui vicissim debet *l. 2. D. h. t. Nec refert quis sit creditor, privatus an fiscus, aut Respublica l. 12. h. t. l. 46. §. 4. D. de jure fisci, dummodo non in causis l. 1. l. 3. C. h. t. enumeratis compenset.*

X I.

Quæri potest, an exceptio compensationis, quæ obstat venditori possit opponi emtori? videtur. *arg. l. 14. in hoc judicium §. 3. D. de com. divid. l. 16. §. 1. D. pro socio. Dynus loc. alleg. Cessionario quoque compensatio opponitur, quæ cedenti potest. Guid. Pap. decis. 567. Rotæ Genu. decis. 28. n. 5. Papon. 12. tit. 6. arrest. 2: Neost. decis. supr. cur. Holl. 71. Sand. 3. tit. 17. def. 2. idem de Act. cess. cap. 13. Ant. Fab. lib. 12. conject. cap. 9. Sanè ex contractu defuncti rectè objicitur heredi compensatio, etiamsi adierit confectio inventario, Fab. C. h. t. def. 9.*

X I I.

Si dos consistat in quantitate, vel specie æstimatâ, admittit cum quantitate vicissim debitâ compensationem. *l. 5. D. de imp. in rem dot. fact. l. rei judicata 15. §. 1. l. si cum dotem 22. §. 3. l. si constante 24. §. si uxor. l. 66. §. 1. D. sol. matr. Sed an Imp. Justin. in l. un. §. taceat. C. de rei ux. act. compensationem sustulerit, quæsitum? R. id non videri *arg. l. 32. in fin. C. de appellat. Zaf. ad l. divortio §. ob donationes D. soluto matr. n. 9. Giph. ad d. l. un. Zoef. ad tit. de impens. n. 4. 5. Perez. ad tit. C. de rei uxor. n. 15. 16. Tyndar. de comp. art. v. n. 42. & seqq.**

X I I I.

Cessat compensatio ex causa depositi. *§. 30. Inst. de act. l. ult. §. 1.*

excepta actione depositi, C. h. t. l. pen. C. de pos. Excipit quoque actionem possessionis violentè occupatæ *dl. ult.* spoliatus enim ante omnia restituendus. Non est igitur quod commodati actionem excipiamus, cum exemptam non legimus, nec obstat. *l. ult. C. commod.* Cujac. *lib. 9. obs. 37. lib. 2. Sent. Pauli 12.* Triboniani manum agnoscit, & eum secuti Borch. *de usuris cap. 3. n. 17.* Bufius *5. subtil. 16.* & ad *l. 18. §. fin. commod. n. 5.* justius eos notant Forner. *2. 14.* Hotom. *1. amic. 21.* Mercer. *1. opin. 14.* Lyclama *stud. jur. velitat. 3. quæst. 20.* & post hos Cl. Zoef. *ad tit. commod. n. ult. & pen. Diss. Bronch. 2. assert. 42.*

X I V.

Depositarum quod attinet, quæsitum si propter depositum nupentias necessarias fecerit, retinere an possit? & si tales factæ sint, quæ nisi factæ essent, res aut interitura, aut deterior futura esset, propter hujusmodi retentionem concedendam putant Placent. Cynus *in l. 11. C. depositi. arg. l. 23. h. t. l. si is qui 95. D. de furt. l. 18. §. ult. D. commod.* Sichard. *in l. pen. C. de pos. novissime Vininnslib. 1. selett. quæst. 51.* Diss. Azo *in sum. C. de pos. n. 15.* Don. *in d. l. pen. n. 9.*

X V.

Ohtinet compensatio, si ego mutua verò famulo meo decem, qui mihi postea certo tempore servivit, & deinde petam ista 10. potest ille compensare servitium, quod æqui valeat mutuo 10. *per l. fin. C. de postl. revers. Sichard. ad rubr. h. t. n. 8. Schneid. d. §. bona fidei n. 40.*

X V I.

In compensationem etiam id deducitur, quo nomine cum actore lis est contestata *l. 8. D. h. t.* Etiam post conclusionem in causa: imo post latam sententiam admittitur, ad impediendam executionem. *l. 2. l. 4. C. h. t. Gail. lib. 2. obs. 17. n. 10. 11. Valla de rebus dub. tract. 16. n. 1.* Sententiæ executione ad solutionem dirigitur, compensatio autem est solutio. Hinc est quod instrumento guarentigato opponi potest. Cyn. *ad. ex causa h. t. n. 2.*

X V I I.

Effectus compensationis est, quod alter ab altero liberatur, & quidem ipso jure, & eo ipso momento, quo invicem deberi ceptum *l. 4. l. 5. C. h. t. §. compensationes 39. inst. de act. Tyndarus. art. 11. n. 47. & seqq. Bronch. cent. 2. assert. 42.* Excusat à mora, sistit usu-

ufuras. *l. 12. D. h. t. Cost. in l. 11. h. t. Quod procedit & si unus pecuniam sub ufuris debeat, alter sine ufuris. l. 11. D. h. t. Zoef. h. t. n. 32.* Factum hominis non excludimus, adeo ut eam objici necesse fit. *l. 2. l. 7. C. h. t. Pac. 4. ant. fin. 73. Fab. C. Sab. l. 4. tit. 23. def. 4.* In Gallia tamen absque rescripto non admitti Papon testatur, licet æquissima sit. *lib. 12. Tit. 6. art. 1.*

X V I I I.

Hinc est quod ad excludendam compensationem præscriptio non currit, etiam si opposita non fuerit, compensatio enim initium atque cursum præscriptionis sistit. *Joh. Mohed. decis. 3. de præscript. Seb. Medic. p. 1. qu. 50. n. 6.*

X I X.

Compensationem opponens debitum confiteri non videtur, *arg. l. 9. D. de except. l. 9. C. eod. Alex. in l. decem D. de verobl. n. 29. Fach. lib. 11. contr. cap. 6. Mæstert. de compens. quæst. ult. Diss. Bald. in l. cum Papinianus C. de sent. & interl. Sich. ad l. eand. n. ult. Natta conf. 134. n. 6. & conf. 684. n. 1. Surd. decis. 24. n. 7. Merenda lib. 5. contr. cap. 6.*

C O R O L L A R I A.

1. **D**istinctionem inter procuratorem totorum bonorum, & procuratorem cum liberâ juris auctoritate non dignamur.

2. Spurius licet infamis non sit, querela tamen contra eum intentari posse videtur.

3. Foenerator improbus extra ordinem puniri nequit.

4. Dos profectitia filia liberis superstitibus mortuâ, ad patrem redit.

5. Si alluvio in tantum excrefcât, ut in-

sula fiat, & fundo meo adhæreat, ea si extendatur cis frontem predii vicini, mea erit.

6. Filius patris hæreditate repudiata, feudum familiare à patre alienatum, agnoscere nequit.

7. Canones cum volunt juramentum præcisè implendum, compensationem impedire non videntur.

8. Connubium patrum cum plebeiis ne esset, malè promulgarunt rogationem. Livius. *Lib. 4. c. 1.* Turpis illa altercatio, quâ patriciæ, Virginiam plebeio nuptam sacris arcebant. idem *10. c. 23.*

9. Scipio Afr. laudandus cujus juris equi impatiens pietas fratrem viatoris manibus abstulit. Seneca *de consol. ad Pol. c. 33.*

10. Justinum *lib. 2. c. 2. sive tecti munimento pecora & armenta & jumenta, pro alimenta & l. 36. c. 3. pro piceis arboribus scripsisse speciei defendam arg. l. 16. §. 7. D. de publicis.*

F I N I S.